

**Ep̃la inuictissimi Regis Anglie &
Francie ad Cesaream Maiestatem.**



**Sacratissimo ac po-
tentissimo Principi dño Maxi-
miliano diuina fauente clemen-
tia Electo Romanorū Impera-
tori semper Augusto / ac Ger-
maniae / Hungariae / Dalmatiae /
Croatiae zc. Regi. Archiduci
Austriae / Duci Burgundiae. Bra-
banciae zc. Comiti Palatino zc
Consanguineo & fratri nostro
charissimo.**

Henricus dei gratia Rex Angliae & Franciae & do-
minus Hiberniae. Salutem & foelicitū suc-
cessuū continuū incrementū. Legimus uestrae sacratissimae
Maiestatis litteras quibus ea sanguinis Christiani intra An-
num effusione & recentem tot strennuissimorū militum ja-

curam deplorat. Quibus non solum Europa ex infidelium
manibus eripi/ sed & in Asia multum acquiri potuisset: ipsis
praesentim dissentientibus inter se Infidelibus. Qui optima
in praesentia his suis discordiis bene gerendae rei occasio-
nem nobis praebant: & ad hanc expeditionem componen-
damq; inter Christianos Principes concordiam/ uestra Cel-
situs nos uehementer hortatur. Sacratissima Maiestas non
putamus aliquem Christianum Principem ad supradictam co-
tra Infideles expeditionem animu ardentius adieccisse q; clarae
memoriae olim Patrem nostru. Qui iam cum Serenissimo
Rege Portugalliae consanguineo & fratre nostro charissimo
multa in hanc rem grauissime tractauerat. Et fecisset aliquid
(sic enim certum habemus) christiano Principe dignu: nisi
alia altissimi dispositio interrupisset. Eundem nos ardorem
aduersus dictos Infideles ex ipso nostro Patre ita inbibimus
& eo defuncto quasi haereditarium accepimus ut nihil aliud
in nostri Regni initio nobis animo obuersaretur. Cum sere-
nissimu Regem Aragonu socerum & patrem nostrum Ca-
rissimu numerosissima classe collecta seruentissimis animis
in dictos Infideles tendere perspiceremus. Quod etia nos
haud parum accendebat. Verum dum haec tam praefatus se-
renissimus Rex Aragonu q; nos omni studio cogitaremus/
ecce crebris iisdem necessissimis Sanctissimi dñi nostri & om-
nipotentis dei in terris Vicarii quærelis lamentationibusq;
interpellamur: Qd qui Ecclesiã imprimis defendere & eius
unitatem totis uiribus seruare deberent: qui etiam Christia-
nissimi dici uolunt/ ipsi iidem inconfutile dñi nostri Iesu xpi
Tunicam lacerarent/ diui Petri patrimoniu diriperent/ sanctae
Romanae Ecclesiae urbes caperent/ Tyrannuculos in eis
fouerent/ sibi uero uincula carceres & atrocissima quæq; mi-
nirarentur. Quæ ut nos frequentibus ipsius Sanctissimi dñi
nostri Breuib; intelleximus/ & uera esse cognouimus/ sane
pro rei indignitate exhorruimus: & continuo una cu dicto
Serenissimo Rege Aragonu per litteras nuntiosq; nostros

apud ipsos Sanctissimi dñi nostri hostes laborauimus & præ
 ces nostras interposuimus/ut Ecclesiæ unitatē labefacta re
 ac diuellere nollēt/atq; ut a Sedis apostolicæ terris ditioneq;
 abstinerent/& ablata restituerent. Ipsi uero Christiani orbis
 tyrannidem animo uoluentes quasi rerum summā iam tunc
 moderarētur/amicas fraternasq; tam supradicti Regis Ara
 gonū q̄ nostras admonitiones & præces superbissime con
 temperunt. Nec multo post/quasi in odium nostrū facerent
 longe acrius q̄ antea Sanctissimū dñm nostrum urgere cœ
 perunt/crudelitatem plusq; Turcicam in superatos exercen
 tes/omnia sanguine/rapinis & incendiis inuoluendo: senes/
 mulieres/infantes trucidando: Deo sacras uirgines uiolādo
 & quibus Gentiles olim barbarissimiq; homines sæpissime
 pepercerūt religiosissime: ipsa templa/sanctissimasq; aras in
 nocenti cruore fedando/tum perniciosissimū Scisma longe
 etiam pertinacius q̄ antea fouendo. Quod quantū ab hæresi
 distet/uestra Maiestas probe nouit/& deniq; nihil non sacū
 impium scæleratum ac nefariū perpetrando. Quæ cum ma
 gna nostra tristitia & horrore nobis nuntiarentur officii no
 stri debitiq; erga Sanctissimū dñm nostrum/& sanctam Ro
 manam Ecclesiā non imemores/alias nostras cogitationes
 seponere/& una cum præfato Serenissimo Rege Aragonū
 pro defensione eiusdē Sanctissimi dñi nostri/& sanctæ Ro
 manæ Ecclesiæ arma sumere/& ante omnia Turchas & qui
 builibet Infidelibus deteriores/qui in media sunt Christiani
 tate quantum in nobis erit coercere/& iniurias ipsi sanctæ
 Romanæ Ecclesiæ illatas ulcisci decreuimus. Quod altissi
 mo perinde acceptum gratumq; futurum existimamus/ac si
 contra ipsos Turchas Sarracenosue pugnaremus. Et qui in
 hac pietissima sanctissimaq; causa cecidere casuriq; sunt eter
 næ uitæ præmia consecuturos nos dubitamus. Nunc demū
 præfati sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostes postq̄ suis iniuriis
 nefariisq; facinoribus magnam Christianitatis partem in se
 concitatam uident/solito astu/ingenitiisq; dolis/pacem: quā

insolentissime semper hactenus spreuerunt/ quætere se sin-
gunt: ut scilicet nostrum inceptum protrahendo infringant
& aliquid interim more suo in cōmunem nostram perniti-
moliri queant. Ideoq; bellum quod modis omnibus peti-
runt habeant: non q; si pax æqua esset/ & dolis careret ab eis
essemus alieni/ accedentibus præcipue uestre Maiestatis pa-
ternis exhortationibus: quibus quantum res ipsæ fērent me-
rem semper in omnibus gerere enitemur. Sed primū quo-
ad nos attinet/ & si pacem cum eis facere uellemus/ nobis in-
tegrum iam non est: Ita enim sumus confederatis nostri-
astricti / ut sine eorū consilio nihil in hac re agere possimus
Præterea sub ista pace multas fraudes bellaq; latere arbitra-
mur. Quare tantum abest/ ut in eam descendere cogitemus
quod uestram S. Maiestatem etiam atq; etiā rogamus/ quo-
niam ipsa Christianorū Principum Caput/ & præcipuus fa-
ctæ Romanæ Ecclesiæ Protector existit: hanc eiusdem Ec-
clesiæ pientissimā causam suscipere/ & hoc Sanctissimū fœ-
dus nobiscū inire: ipsiq; Sanctissimo dño nostro/ ac sanctæ
Romanæ Ecclesiæ/ & sibi olim non paucas factas ab iisdem
hostibus insignes iniurias ultore gladio psequi uelit. Qu-
Illustrissimo suo Nepoti fratri nostro charissimo/ posterisq;
suis securitatem/ sibi uero ingentem gloriam & immortali
præmia comparabit. Quæ foelicissime & diutissime ualeat
Ex Palatio zē.

7
L
L